

Aug. de Ci-
uit. l. 22. c. 8.

Proborum
Angelorum
munia.

igitur naturā suā immortalis, cū rerum
omnium natura ipsissima Dei volentis dis-
positio sit (r). Cum autem Angelum ipse
spiritalē prorsus condiderit, ex ea con-
stare natura voluit, quā corruptionis om-
nem causam arceret.

Proborum Angelorum munia illi, qua
donantur, gloria apud Deum ex aquo re-
spondent. Autamarunt Veteres nonnulli,
dari ex eorum cœtu Praesides dirigendis
astrorum & calorū omnium curibus.
Defensores pariter & Patronos Regnorum,
Provinciarum, Rerumpublicarum, Urbium,
quin & Familiarum, quā singulorum An-
gelorum tutelā committantur. Fide etiam
instruimur, Angelos singulos singulis nobis
assignari. Nec deesse crediti sunt peculiar-
res Angeli Ecclesiis & Altaribus. Philo-
sophorum & veterum Judæarum, sicut &
post ipsos, Christianorum dogma consentit,
Angelos veluti inter nos & Deum medios
constitui, ut throno Dei preces nostras si-
fientes, congruas nostris necessitatibus gra-
tias & auxilia referant; legatione illos
fungi ab Altissimo Deo, tum ut mortali-
bus iustiones illius denuncient, tum ut pre-
mia pœnasque pro eius sententia distri-
buant. Fusiū modō de singulis.

Suos singulis rebus præse Angelos sen-
tientes Rabbini (s), Azariem præficiunt
aquis; Cazardiam orienti, ut scilicet orien-
tem solem & stato tempore occidentem
curet; Nekid pani & alimentis. Singu-
lis planetis, singulis anni mensibus,
quin & horis dierum suis est Angelus.
Neque id satis Maimonidi (r); quippe
qui sphaeras ipsas caelestes totidem esse An-
gelos, intelligentiā & voluntate munera sua
exercentes, automavit. Hominum tutelā,
non unum sed duos Angelos, probum scilicet
pravumque assignantes Judæi, priorē
illum opem nobis præstare & consi-
lium, alterum insidias moliri credunt. In
hanc sententiam à veteribus quibusdam
Patribus concessum est.

Angelus nomen latius usurpat Maimoni-
des; eo enim appellat virtutem omnem
Dei, supernaturalē quamcumque opera-
tionem, ac tandem naturales corporis &
animæ facultates. Idem pariter obtinisse
Jesu Christi a tate ex eo suspicamus, quod
boni pravique spiritus nomine corporis
& spiritus facultates bonas vel secus ap-
pellarent. Ita Christus verba ad Aposto-
los faciens, ignorasse illos dicit, ad quem
maximē spiritum pertinerent (u). De
spiritu paupertatis (x), infirmitatis (y),
impudicitiae (z), servitutis (a), adop-
tionis (b), fidei (c), lenitatis (d), er-
roris (e), gratia (f), in Novo Testa-
mento legimus; quibus loquendi formulis
recepta illa persuasio de bonis malisque Spi-
ritibus, in singulos vitæ actus & in omnes
corporis & animæ dispositiones dominantibus,
designatur.

Docent pariter doctores illi Judæi, qua-
tuor esse Angelos nunquam in terra visos,
quod jugi obsequio throno æterni Numi-
nis adsistant. Michael omnium Princeps si-
nistrum tenet; Gabriel dextrum; Uriel
coram addat; post ipsum verò sequitur

Raphael. S. Joannes in Apocalypsi 8. 2. 3.
septem exhibet Angelos stantes coram
Deo, totidem buccinas tenentes, quibus
octavus alius adjungitur, fumans thuribu-
lum tenens, cujus fumus Sandorum ora-
tiones ænigmatē quodam exhibet. Spon-
det Zacharias 3. 9. Jesu filio Josedechi sep-
tem oculos sive septem Angelos, à quibus
ope & consilio juvaretur. E' septem Ange-
lis ante Deum stantibus unum esse se Ra-
phael juniore Tobiae perhibet (h). De
Archangelo Michaelē legimus Daniel. 10. 13.
unum esse de Principibus primis. Porro
numerus iste septem Angelorum ex eo ex-
pressus est, quod in Aula Regum Assy-
ria, Chaldæa, & Persidis septem Prin-
cipes viri cæteris omnibus præstarent (i).
Inde etiam faciliè derivanda sunt (k)
nomina illa, Potestates, Throni, Domi-
nationes (l), de quibus Apostolus in suis
Epistolis.

Idem septem Angelorum jugem Deo fam-
ulatum præsentia suā exhibentium nume-
rus mansit in Scriptis Patrum Ecclesiæ &
Hebræorum. Appellatur in Testamento
duodecim Patriarcharum: Angeli facies; &
in vita Moysis: Oculi Domini. Noti sunt
S. Ireneo [m], S. Clementi Alexandri-
no, S. Cypriano adver. Jud. lib. 1. cap. 20.
& Aretæ. Totidem choris Angelorum
(non enim nisi in septem choros Angelos
distribuit) præfuisse illos visus est S. Hiero-
nymus adversus Jovinianum.

Angeli nomine potissimum proborum
Spirituū munus satis exprimitur; sonat
enim Legatus, Missus; exacteque Hebræo
Malach respondet. Apud S. Paulum Hebr.
1. 14. appellantur interdum Administrato-
rii Spiritus. Leguntur autem à Deo mis-
si ad prænuncianda insignium quorundam
virorum natalia, ut Isaac, Saonodam,
Joannis Baptistæ, ac tandem Jesu Christi,
Dei pariter & hominis. Destinantur in-
terdum tutandis protegendisque viris Deo
amicis, quemadmodum de Raphaelē ad
Tobiam misso constat; ad exorcendam in
viros impios ultionem, ut de Angelis in
Sodomam missis, de Angelo exterminato-
re in eadem primorum natu Aegypti, &
alio in eadem pariter exercitū Sennacher-
rib irruentis legimus. Mittit tandem Deus
Angelos ad annunciandas voluntates suas
Prophetis, cæterisque viris sanctissimis,
Abrahamo, Agar, Danieli, Zachariæ &c.

Vicibus autem Dei tanquam ejus lega-
ti fungentes, nomen ipsum Domini, Elobim
(n), adoptant; adfiscunt interdum &
nomen illud sacrum ac incommunicabile
Jehovah (o): hæc tamen non nisi cū Dei
nomine loquuntur. Quæ autem spectaba-
tur inter munera Angelorum & Prophe-
tarum similitudo, in causa fuit, cur Pro-
phetis interdum Angelorum Domini nomen
tribueretur. Ita Judic. 2. 1. 2. venisse legi-
mus Angelum Domini, nempe Summum
Sacerdotem vel Prophetam ad locum stentium
(Heb. Bochim), & populo denunciasse:
Eduxi vos de Aegypto, & introduxi in ter-
ram, pro qua juravi Patribus vestris. Cum-
que loqueretur Angelus Domini hæc verba
ad omnes filios Israel, elevarunt vocem
suam,

Vide Barto-
locc. Bibliot.
Rabbini. 10. 1.

More Nebach.
p. 1. c. 72. par.
2. c. 5. 7.

Luc. 9. 55.
x Matth. 5. 3.
y Luc. 13. 11.
z Matth. 10. 1.
et 12. 43. ali-
bi.
a Rom. 8. 15.
b Rom. 8. 15.
c Rom. 11. 8.
d 2. Cor. 4. 13.
e 1. Cor. 4. 21.
Galat. 6. 1.
f 1. Timot. 4. 1.
g Hebr. 10. 29.

h Tob. 12. 15.

i Esb. 1. 10.
14.
k 1. Eydra 7.
14. & 4. Esdr.
8. 12.

l Vide Hieron.
in Epist. 1. 21.
& Gro. in
Rom. 8. 38.

m Apud Clem.
Alex. Strom.
1. 6.

n Gen. 32. 8.
Exod. 3. 4. 6.
&c.
o Gen. 16. 10.
11. 12. 13.
Exod. 3. 1. &c.

Vide Chald.
Serar. &
Comment. no-
str.

In Excerpt.
Damas. 1. 1.
qu. in Gen.
r Dan. 10. 21.
Michael Prin-
ceps vester.

s Orig. hom.
35. in Luc.
hom. 16. in
Gen. & hom.
8. in Exod.
Euseb. De
monstr. 1. 4.
Epist. brev.
51. Chryso-
som. 3. in
Epist. ad Ephe-
sios. in Ju-
lian. 1. 4. Alii
passim ex La-
tini, ut Hi-
lar. Hieron.
alii.

Vide & Orig.
in Luc. hom.
13. & 23.

In Luc. Ne
dubites affle-
re Angelum,
quando Chri-
stus afficit,
quando Chri-
stus immola-
tur.
x 1. Cor. 11.
10.

suam, & flevit. In eodem Libro 5. 23.
Angelus Domini, qui maledicit terra Meror,
ipse est Barac, vel Summus Sacerdos, sive
Propheta aliquis (p). In Malachia 2. 17. enim
Angeli Domini exercituum Sacerdotes ap-
pellantur. Aggeus ita se ipsum designat:
Dixit Aggeus nuncius Domini (Heb. An-
gelus Domini), de nunciis Domini (H. b.
de Angelis Domini). Angelus, sive à Deo
missus, Nathan est apud Eupolemiū in
Eusebio. Malachias inter duodecim minores
Prophetas postremus, quo nomine Ange-
lus Domini designatur, ex sententia do-
ctissimorum plurimū Interpretum cum Es-
dra Scriba doctissimo in Lege Domini
confundendus est.

Quod in amplā æde columnæ, hoc sunt
Angeli in mundo, sustentant nempe, &
ornant, ait Philo (q). Praesides ex illis
dantur singulis Gentibus & Regnis, juxta
Scripturam. S. Michael velut Angelus po-
puli Dei præfens agnoscutur (r); de An-
gelo Persidis legimus Daniel. 10. 13. & Ma-
cedoniæ Actuum 16. 9. ac tandem de
Angelis plurimū Gentium sermo est apud
Zachariam. Moyses in Deuteronomio 32. 8.
juxta Versionem Septuaginta præfert:
Quando dividebat Altissimus gentes, & se-
parabat filios Adam, constituit terminos po-
pulorum juxta numerum Angelorum Dei
(Heb. juxta numerum filiorum Israel.)
Sed Hebræi & perlique ex Patribus opi-
nati sunt (s), Deum Angelos creasse,
uti iis veluti præsidibus Provinciarum &
Regnorum uteretur. Hanc autem Angelo-
rum per singulas provincias divisionem fa-
ctam reputant potissimum in confusione ad
turrim Babelis, cū scilicet discretæ inter
se Nationes singulis Angelis curandæ, at-
que deducendæ in destinata sibi à Deo
loca, atque docendæ peculiari singularum
linguā assignatæ sunt. Theodoretus in Dan.
10. persuasum habet, singulis quidem ho-
minum Angelum defensorem assignari,
Gentibus verò singulis Archangelum.

Est etiam suus Angelus, juxta Scriptu-
ram & Patres, quæ Ecclesiis, quæ cœtibus
religiosis, quæ locis quibusque sacris. S.
Joannes in Apocalypsi 2. 1. 8. 12. scribit,
ad Angelos septem Ecclesiarum Asia, i. e.
ad Episcopos, & Angelos, qui unā pari-
ter curā Ecclesiis illis invigilarent: Non
solum Episcopus ad tuendum gregem Dominus
ordinavit, sed etiam Angelos destinavit, ait
S. Ambrosius in Luc. lib. 2. (t). Gemina
habent Origenes, S. Hilarius in Psal. 139.
S. Basilius in Itat. p. 854. & in Epist. 101.
S. Gregorius Nazianzenus Orat. 31. & orat.
32. ad calcem S. Hieronymus in cap. 6.
Mich. & in Matth. 18. Et quantum ad lo-
ca sancta divinis mysteriis offerendis de-
stinata, ea Angelis frequentari, quo tem-
pore Jesus Christus immolatur, dubitaverit
nemo, ait S. Ambrosius (u). Angelum Ora-
tionis appellat Tertullianus Angelum illum,
qui Ecclesiæ, ubi noitæ Orationis thura
ad Deum ascendunt, præses datus est. In
obsequium faciliè ejusdem Angeli jubet
Apostolus, ne feminae non velata in
Ecclesiam ingrediantur: propter Angelos (x).
Quæ apud Josephum de bello lib. 6. cap. 31.

leguntur, auditas nimirum nocturnas pau-
lō ante captam Urbem voces clamantium:
Exeamus hinc; hæc inquam à S. Hierony-
mo de Angelis tutelariibus, Jerosolymita-
num Templum deserentibus, intelliguntur
(y). Receptam pariter apud illos fuisse
opinione de Angelis in custodiam Alta-
rium Ecclesiæ destinatis, ex Veterum quo-
rundam scriptis apparet.

Neque prorogandum hie arbitror sermo-
nem de Angelis tutelariibus, singulis de-
ducendis hominibus destinatis, qua de re
justa dedimus in Marth. 18. 10. Dogma il-
lud fidei nunquam in Ecclesia non mansit,
quamquam minori successu obtinuerit alte-
ra de Angelis tutelariibus singularium Gen-
tium & Regnorum opinio. Sententiæ enim
Deuteronomii, qua potissimum opinio illa
fulciebatur, alter literalis sensus subesse
agnitus est, ex quo minor ejus defenden-
dæ ardor Scriporibus fuit. Videtur eā de
re Commentarium.

Angelorum numerus nunquam non fre-
quentissimus apparet. Aspiciebam, ait
Daniel 7. 9. & Antiquus dierum sedit...
fluviis igneus egrediebatur à facie ejus, mil-
lia millium ministrabant ei, & decies cen-
ta millia assistebant ei. S. Joannes Apoc.
5. 11. perhibet, Dei thronum confertis-
simā (millia millium, & millia mil-
lium) turbā veluti coronā circumdari. Tan-
dem Jesus Christus Matth. 26. 53. significat,
volenti sibi Patrem celestem plusquam duo-
decim legiones Angelorum, i. e. 72000. An-
gelorum exhibiturum. His omnibus ingens
planē & numerum vincens turba satis ex-
primitur. Dei potentiam describens Psal-
mista (z), nosse illum dicit numerum &
singula stellarum nomina, tanquam Rex
aliquis, qui milites suos omnes & Præfe-
ctos Aulae singulos novit. Et Psal. 67. 18.
canit, currum Dei decem millium An-
gelorum exercitu stipari.

Hujus multitudinis Angelorum ad ho-
mines comparatæ ideam aliquam exhibi-
turi Patres, parabolam illam in medium
adducunt, de Pastore nempe, qui relictis
99. ovibus, palantem unam quærat (a).
Ovis una homo intelligendus est, ait S. Hi-
larius in Matth. canon. 18. & sub homine uno
universitas sentienda est. non aginta
novem non errantes, multitudo Angelorum
Cælestium opinanda est. In eadem senten-
tiam loquuntur Ambrosius in Luc. lib. 7.
cap. 15. S. Gregorius Nyssenus contra Eu-
nómium cap. 1. & S. Cyrillus Jerosolymita-
nus Cathech. 15.

Alii eā de re in hunc modum philoso-
phati sunt (b). Ex Urbis cujusdam ampli-
tudine de incolarum numero judicium for-
matur, cū igitur terra ad Cælum & æ-
rem comparata punctum videatur, ita
rem comparata punctum videatur, ut proin-
de multitudine homines in immensum vin-
cant. Titus Bostrensis ad Luc. 12. in illa
verba Jesu Christi, Nolite timere pusillus
grex, scribit, homines universos, quotquot
unquam fuerunt ac futuri sunt, minimum
referre gregem, si cum Angelis comparentur.
Autor Cælestis Hierarchiæ sub S.
Dionysii Arcopagite nomine delitescens,
cap.

In Isai. 66.
& Epist. ad
Paul. & Eust.

Angelorum
numerus.

Z Ps. 146. 4.

a Matth. 18.
12. Luc. 15. 4.

b Cyrill. Jero-
sol. loc. cit.
Didymus cæcus
apud Maxim.
ad c. 14. Dion.
de Cælesti Hie-
rarch.

In Bibl. Pa-
trum.

Lact. I. I.
p. 6.

Aug. Enchi-
rid. c. 19. &
1. 22. de Civit.
c. 1. Ansel. l. 1.
Cur Deus ho-
mo c. 18. Isi-
dor. de summo
bono c. 11.
Mof. Barcepha
de Paradiso,
par. 1.

In secunda
part. de Uni-
ver. c. 18.

Ordo inter
Angelos.

Exod. 23. 14.

Josue 5. 13.

Buxtor. Vide
Bafna. hift.
Judaor. t. 4. l.
6. c. 9. ar. 9.
10. edit. Paris.

cap. 14. sentit, Angelorum multitudinem numerum omnem vincere, nihilque habere in universa natura superius. Aeneas Gazensis (c) omnia, Celum nempe, & aerem Angelis & Dæmonibus frequentari dicit, quin etiam & mare & terram aded Spiritibus illis ebullire, ut nihil vacuum, ne spatium quidem digito vel spica capiente ab illis relinquatur. Addit, homines, etiam ad mille annos vitam propagarent, minorem tamen liberorum numerum edituros fuisse, quam qui Angelorum & Dæmonum multitudinem referret. Vetus est oraculum apud Lactantium (d), Angelos & Dæmones imminente à tergo superni Numinis flagello maria & terras omnes decurriffe.

Quod verò de numero Dæmonum ad Angelos collato impræsentia agamus, illud animadvertendum est, tertiam Angelorum partem à Deo rebellantem in Inferni tartara detrufam fuisse, quæ illorum opinio ex illo Apoc. 12. 4. derivata est, in quo tertiam stellarum Cæli partem in terram caudâ suâ detraxiffe draconem legimus. Cùm igitur insignes plures Authores (e) doceant, homines prædestinatos rebellionem Angelorum numerum suppleturos, rectâ inde consecutione inferretur, hominum numerum Angelorum excessurum; certo enim constat, ne tertiam quidem hominum partem salutis competentem futuram. Dubitat etiam S. Augustinus Enchir. cap. 29. an hominum prædestinatorum numerus malorum Spirituum multitudinem vincat. Quare ejus S. Doctoris sententiâ minor est, quam pro aliorum opinione Angelorum & Dæmonum numerus. S. Gregorius Magnus hom. 34. in Evan. Magister Sententiarum in 2. distin. 9. & Guillelmus Episcopus Parisiensis (f), quibus ea sedit opinio, prædestinatorum ad gloriam numerum Angelorum, qui in fide manserunt, turbam adæquaturos, infinitâ Angelorum multiplicationi minus sanè favent. Sed in hoc argumenti genere à lingua & à cogitatione temperare, quam metas excedere discurrendo, præstat.

Scitum est totâ Antiquitate Angelos in plures distributos classes politico quodam inter se ordine submitti, sed hujus politia ratio fermè est in obscuro. Totius militiæ cælestis Principem, & populi Israelitici in terra patronum & defensorem, ac tandem Archangelorum omnium primum, Michaelem constituunt Hebræi. De illo dictum arbitrantur in Exodo: *Præcedet Angelus meus, (Hebr. facies mea) & est nomen meum in illo (g)*. Illum pariter spectatum credunt à Josue, cum toto provolutus corpore Angelum adoravit (*). Appellat autem plerumque nomine *Metatron*, quod ipsum creditur ac *metator* apud Latinos (†), quo scilicet designantur in exercitu Romano Præfidi, metandorum castrorum curatores. Porrò S. Michael exercitum Israelitarum ducebat per desertam, loca castrorum designabat, & tempus, quo sive ponenda, sive movenda castra fuissent. Autumant insuper, eundem Angelum intermedium se pro hominibus

coram Deo constituere, ut nemini, nisi per Michaelem, ad Deum accessus pateat. Dominant insuper titulo magni Scribæ, quod scilicet merita universi populi Israelitici in census referat, eoque insignitus munere, in Cælo solus assidet, cæteris Angelis omnibus stantibus. Quæ sane Angeli prærogativa plura venditandi jactabundis Hebræis occasionem præbet. Synagoga imitatione Christiana pariter Ecclesia tanquam Principem suum, & Angelum, cui animas Judicio Dei sistendi cura demandata est, S. Michaelem veneratur.

In decem classes, sive ordines, Angelorum cœtum distribuentes Hebræi (h), sua singulis nomina appingunt. 1. *Animalia Sancta* appellant, quo nomine Angeli per visum ab Ezechiele spectati censebantur; 2. *Rota*, currum gloriæ Domini portantes; 3. *Leones Dei*, vel robor supernaturalis; 4. *Chasmalim*, quo Hebræico nomine *electrum* designatur; 5. *Seraphim* sive ardentes, ignei; 6. *Angeli*, missi, Legati; 7. *Globim*, Dii, Principes; 8. *Filii Deorum*; 9. *Cheubim*, sive ex pluribus constantes formæ; 10. *Homines*, quod scilicet sæpè hominis assumptâ specie videndos se præbet, & sub humano nomine plerumque in Scriptura designantur.

De numero, & ordine classium in Angelorum Hierarchia in varias à Patribus Ecclesiæ sententias abitum est. Automarunt plerique (i), Apostolum, quibus in locis de Thronis, Potestatibus, Dominationibus, & Principatibus agit, nonnullas tantum ex pluribus Angelorum classes enumerasse, quas omnes Scriptura eo generali nomine *militia cælestis* designaverit; id autem insinuatum ab eodem Apostolo, cum ad Ephes. 1. 21. scribit: *Deum esse supra omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed in futuro*. A primis illis Angelis usque ad infimos homines infiniti creaturarum ratione utentium sunt gradus, ait Origenes in Joan. p. 69. edit. Huet.

Alii ex Patribus (k), certos quosdam ordines cælestium Spirituum agnoscunt in locis Epistolæ ad Romanos, & ad Ephesios; sed ordines illos ad novem determinatos nuppiam legimus ante Authorem Librorum de Hierarchia, sub S. Dionysii Areopagita nomine latentem [l], & S. Gregorium Magnum (m), quorum deinde autoritas numerum illum in Scholas Theologiæ invexit. Ante illam ætatem alii octo, alii septem gradus distinguebant (n); variat etiam ea in re S. Paulus, nec uniformem ubique numerum designat. In earumdem classium distributione pariter inter S. Gregorium Magnum, & Authorem Hierarchiæ non convenit. S. Gregorio probatur ordo Epistolæ ad Colossenses 1. 16. Auctori verò Hierarchiæ Epistolæ ad Ephes. 1. 21. Ita ergo totam illam de Angelis œconomiam idem Author constituit. Totam Angelorum Rempubliacam in tres Hierarchias partitus, singulis tres Angelorum classes assignat. Primam implent Seraphim, Cherubin, & Throni; secundam Dominationes, Virtutes,

h Matineu.
Fundam. Leg.
c. 11.

i Hieron. in
Ephes. 1. Chry-
sost. hom. 4. de
incomprehen-
sib. Dei Natura
& hom. 5.
contra Anoma-
ma. & hom. 3.
ad Ephes. Vide
Orig. l. 1. de
Princip. c. 5.
& in Jo. edit.
Huet. pag. 32.
Theodoret.

Occumen.
Theophylac. in
Epistol. ad Ephes.
1.

k Vide, si pla-
cet, PP. apud
Petav. l. 2. de
Angel. c. 1.

l Cap. 6. & c.
m Hom. 54. in
Evangel.

n Hieron. l. 2.
cont. Jovin.
Basil. c. 16. de
Spir. S. Ca-
sar. Dial. 1. q.
44.

Angelorum
loquutio.

In 1. Cor.
13.

Theophyl.
ibid.

Isa. 6. 3.
Ezech. 3. 12.

Dan. 3. 13.
& 12. 6.

Zach. 1. 9. 10.
21.

Vide Scipionem
Sgambati. Ar-
chivo. V. T. l.
1. 4. 4.

Vide Ligfoot.
in 1. Cor. 13. 1.

u Homer.
Iliad. Plat. in
Phædro. Dio
Chrysof. Serm.
Procos. &
Serm. Peri
siebeton. Et
Maxim. Tyr.
Diss. 26.

x Vide Philo-
pon. de Mundi
Opific. c. 12.
Nyssen. l. 12.
contra Eunom.
pag. 349.

tes, & Potestates, tertiam Principatus, Archangeli, & Angeli.

De singulis Angelorum muneribus, atque earundem classium insignibus fufius agere, utpote quod ingenium nostrum excedit; temperamus; id solum adnotassæ contenti, omnes hæcæ Dominationes, Potestates, Principatus ad Regnorum, & Imperiorum hujus Mundi similitudinem exprimi. Spectantur enim in terris; præter Summos Reges, Proreges, Principes, Præfecti; Magistratus, & secundarii plures Præfecti, quibus veluti summa illius Potestatis depositum creditum est, atque administris pro suo singulis ordine utitur Imperator.

Cùm Angelorum naturam Deus spiritalem, & intelligentiâ præditam instruxerit, ut illis administris uteretur, laudes ab ipsis suas exigeret, ad manifestandas voluntates suas hominibus mitteret, ita comparatos fuisse illos oportuit, ut quæcunque spiritu, & voluntate conciperent, manifestare ceteris possent, quod nos vulgari sermone, loqui, appellamus. Neque enim, ait S. Chrysofomus (o), ita reputandum est, quasi linguâ instructi articulatæ sonum vocis illi edere valeant; sed peculiari sibi promendi intimos conceptus suos, valde ab humana discrepante, ratione instruuntur. Nec aliud voluit Apostolus illis verbis 1. Cor. 13. 1. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut as sonans, aut cymbalum tinniens; aliud, inquam, non voluit, quam nihil se futurum, si charitate destitueretur, etsi quantâ hominibus polere potest eloquentiâ, vel quantâ Angelus promendi (p) conceptus suos facilitate valeret.*

Sed quæ Angelorum inter se colloquendi ratio? Quomodo in laudes illos Dei resolutos Isaias & Ezechiel auscultarunt (q)? quomodo inter se colloquens Danieli & Zachariæ auditii sunt (r)? Autumarunt alii (s), linguam Hebraicam, quæ brevioribus verbis plura, quam ceteræ omnes, exprimit, usibus etiam Angelorum & Beatorum in Cælo manere. In scriptis Rabinorum [t] legitur de Jochanam filio Zochai, qui nosse se jactabat sermone Angelorum & Dæmonum, quorum illos exorcizabat, hos adjurabat. Alarum instrumento loqui Angelos ex Rabbini alius arbitrabatur, Ezechielis 1. 24. verbis persuasus: *Audiebam sonum alarum*. Quid de alloquio Deorum in Cælo alterius planè ab humana in terris ratione, Pagani comminiscantur, satis constat (u). Communi usuros linguâ in Cælo, Beatos post Resurrectionem sentiunt à Schola Theologi. Altè improbatum est apud Veteres Theodorus Mopsuestenus (x), qui Scripturæ phrasæ illas, Deo & Angelis sensibile quoddam eloqui genus tribuentes, ad literam usurpabat.

Sed hæc argumentum promovent, non excutiunt. Nemo ætate nostrâ asserendum sibi suscipiet, Angelos Hebræicè loqui, neque humanum aliquid verbum promere, dulces inter se miscentes sermones. Si con-

fuerat hominum ad homines linguâ usos legimus aliquandò, id quidem illis singulare fuisse & prodigiosum constat. Philoponus aliique nonnulli Recentiores (y), in laudatis illis Apostoli verbis hyperbolicum aliquid suspicati sunt, locutum illum autumantes, quasi diceret, se linguâ etiam Angelicâ instructum, & quantâ Angelus valeret, eloquentiâ pollentem, siquidem proprio Angelus instrueretur eloquio, nihil tamen sine charitate assecuturum. Hæc porrò explicatio maximè pronâ & ad literam, non argumento nostro, sed tantum Textui Apostoli exponendo deservit.

Docet Theodoretus (z), Angelorum eloquium non sensibile, sed intellectuale reputandum esse; est enim pari illius Spiritus & voluntatis operatio, qua intimos conceptus mutò promere volunt. S. Gregorius Magnus Moral. lib. 2. cap. 5. scribit, Deum ad Angelos loqui, latentes sibi quæ intimos detegendo sensus, atque dulci quadam & forti suadellâ trahendo, ut quæ maximè voluerit, executioni statim ab illis demandentur; Angelos autem vicissim ad Deum loqui, cum in contemplationem majesticatis ipsius admiratione rapiuntur. Adidit tandem: *Animarum verba ipsa sunt desideria*. Philippus Presbyter, Author Commentarii in Job, mutuas Angelorum voluntates loco sermonis apud illos haberi autumat (a); in quam pariter sententiam S. Thomas (b) concessit; nullam enim illi aliam Angelici colloqui rationem concipit, quam quidd per voluntatem conceptus mentis Angelicæ ordinentur ad alterum. Hæc sanè ad nostras ideas ambigua sunt & obscura; sed argumenti subtilitas evidentiam nostram recusat, evidentiam, inquam, quam in cæteris operationibus ab experientia pendentes & intra nos factis, non frustra interdum requirimus.

Impensus Angelis cultus vetustissimus est apud Judæos, cultus, inquam, quo tamquam Dei ministris, & inter illum ac homines intermediis honor impenditur, vota ad illos & preces diriguntur, atque mille grati in ipsos animi & venerationis argumenta exhibentur. Moyses & Josue in obsequii documentum, calcamenta sua coram Angelo sibi per visum apparente detraxerunt; alter nempe in spectro rubi ardentis (c) alter in agro Jericho (d). Abraham coram exceptis in suum tabernaculum Angelis prostratus est (e); & Daniel coram Angelo sibi in ripa Tigridis occurrente (f). Monuit Israelitas Moyses, ut plenum timoris obsequium exhiberent Angelo Domini, quo præeunte ducebantur (*). Jacob non sine lacrymis rogat Angelum, quocum luctatus fuerat, ne discedens benedictione suâ se fraudaret (g); in mortis autem lecto decumbens rogat, Angelum, qui sibi præsidio fuerat, ut benedictione suâ natos sibi ex filio nepotes Ephraim & Manassem (h) donet.

Ira de Angelis loquitur Philo (i), quasi de conciliatoribus pacis inter Deum & hominem, qui hominum necessitates Deo exponentes, quas impetraverint ab ipso gratias ad homines referant. Aures sunt & occu-

y Philop. loc. cit. Eph. Tyr. Mem. Sculeter. Pisc. alii.

z Theodoret. in 1. Cor. 13. 1.

a In Job. l. 2. c. 24. Collocutionem Angelorum animo mobilem.

quemdam voluntatum.

fuisse consensum potius quam sonorâ colloquia.

b 1. p. q. 107. a. 1. Ita & Albertus Magnus.

Angelorum cultus.

c Exod. 3. 5. d Jos. 5. 13. 14. e Gen. 18. 2.

f Dan. 10. 5. 6.

* Exod. 23. 20.

g Osee 12. 4. Gen. 32. 36. h Gen. 48. 16. i De Giganti. pag. 286. & de Plantat. Noe pag. 216. de Somniis. pag. 586.